



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam
ad majorem omnium in Ascési proficere cupientium utilitatem ac
subsídium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

§. 5. De Beatitudine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48214)

in suo æterno peccavit in DEUM, in æterno DEI
punietur.

IV. Tertium est, ut licet præcipuè studere de-
beat, ut ad omnes actiones suas ex purissimo DEI a-
more moveatur, non omittat tamen etiam ex inferni
consideratione solidos aliquot fructus referre, qui qui-
dem triplex est potissimum. 1. Ut timore inferni,
tanquam efficaci freno utatur, per quem se ab omni
peccati periculo cohibeat; nam, ut sapienter S. Bernar-
dus dixit, hæc qui pavet, cavet; qui negligit, excedit.
2. Ut per ejusdem inferni considerationem te ad pa-
tientiam extimulet; quæ enim quisque gravia valde
patitur, inquit S. Augustinus, in comparatione æterni
ignis non tantum parva, sed nulla sunt. Et alibi: quis
non bibat temporalis tribulationis poculum, metuens
ignem gehennarum? & quis non contemnat dulcedi-
nem sæculi, inhians dulcedini vitæ æternæ? majore
timore minora contemnimus, & majore æternitatis cu-
piditate, omnia temporalia fastidimus. 3. Ut arden-
tem in se zelum animarum excitet, videns, in quanti
mali periculo versentur peccatores, ex quo, si posset,
etiam canem liberaret.

§. V.

De Beatitudine.

I. Est status omnium bonorum aggregatione
perfectus; in quo, ut S. Bernardus dixit, nihil est,
quod nolis; & totum est, quod velis; de qua proin pa-
riter tria advertere debet Alceta.

II. Primum est, ut bene cognoscat naturam &
essentiam Beatitudinis, quod scilicet consistat in per-
fecta

fecta & segura fruitione DEI; cū ipsi etiam Philosophi jam olim dixerint, nisi stabili & fixo bono, beatitudinem neminem esse posse. Tale autem bonum cū illud DEUS, meritò beatitudo in illius fruitione, quæ per visionem & amorem inde consequentem, contem-
re dicitur.

III. Alterum est, ut sciat dignè æstimare beatitudinem; quod obtinebit, si omnia vana duntaxat quæcunque non ad hanc beatitudinem consequendam ordinantur; cū enim tota felicitas animæ in possessione finis sui consistat, finis autem illius sit possessio illius; merito vana & inutilia reputantur omnia, quæ non ad hunc finem, à quo bonitatem suam accipiunt, ordinantur.

IV. Tertium est, ut solidam sciat praxin ad hanc beatitudinem ad contemptum rerum terrenarum & aliâque media ad ipsam obtinendam conducentia eligendi; quam quidem praxin breviter indicavit Seneca in Epistola 102. ronymus sequentibus verbis: Quotiescunque te illam sæculi delectaverit ambitio; quoties in mundo visum aliquid gloriosum, ad Paradisum mente transgredere te esse incipe, quod futura es, & tunc poteris dicere: Adversaria multa non poterunt extinguere caritatem, nec afflictio-
ma obruent eam. Eodem modo in adversis casibus solatium à beatitudine futura petendum esse, idem Seneca in Epistola 102. etus Demetriadem monuit dicens: Respice, quod tibi promissum est: omne opus leve solet fieri, quando ad præmium pretium cogitatur; & spes premij, solatium est laborum. Certè S. Gregorio teste, mala præsentis vitæ tantò durius animus sentit, quantò pensare bonum, quod sequitur, negligit: & quia non vult præmia considerare, quæ restant, gravia æstimat esse, quæ tolerat.

semel quisque ad æterna se erigat, atque in his, quæ in-
 commutabiliter permanent, oculum cordis figat, pro-
 nihilo esse hoc conspicit, quidquid ad finem
 cum currit.

P A R S II.

DOCTRINAS AD VIAM IL-
 LUMINATIVAM SPECTANTES
 COMPLECTENS.

AD hanc viam præcipuè virtutes & bona opera spe-
 ctant; cum enim tota Justitia & Perfectio Christia-
 na in duobus capitibus consistat, nempe vitando ma-
 lo, & faciendo bono, merito etiam ea, quæ ad virtu-
 tes & bona opera exercenda necessaria sunt, bene co-
 gnoscere debet Alcetæ.

Porro cur via hæc *illuminativa* vocetur, duas ple-
 numque causas assignant Alcetæ. Prior est, quòd per
 illam Homo à peccatis purgatus, habilis & idoneus ef-
 fectus ad illustrationes divinas percipiendas (juxta illud
 Christi Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi
 DEVM videbunt*) illapsum divini luminis paulatim
 magis experiri, imò in ipsa die virtutum & operum bo-
 norum ambulare incipiat, sicque adimpleat Consilium
 Apostoli dicentis Rom. 13. *Nox (peccati) præcessit;
 dies autem (seu occasio bene agendi) appropinquavit.
 Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur ar-
 ma lucis. Sicut in die honestè ambulemus.* Poste-
 rior causa est, quòd Homo in hac via constitutus, ut
 virtutes faciliùs, perfectiùsque exercere valeat, Chri-
 stum, qui est *Lux vera illuminans omnem hominem*
 veni-